Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift



dominas suas contempnentes et pro nichilo ha
bentes. superbia. iracundia. contencione defen
dunt. et hoc non tantum verbis. sed etiam verbe
ribus ulciscuntur. Et cum iniuriosus sermo
a pia matre dictus vir sufferri potuit. pug
ni inte durissimi iuncti ictibus calcium ingerunt
Sed esto quod neque luxuriosus sit neque zelotipus.
sed potius probetur lenis et blandus. Videamus
nunc que pro certo mulierem incomoda sub
sequantur. Conceptum enim in utero pondus die noc
tuque portabit in vita. quo pondere efficitur egra
tumens pallida. vix suis pedibus incedere pre
valens. et ciborum utilium perferens fastidia cibis
noxiis delectatur. Non nunquam etiam sinus ipse
interior aut habundancia sanguinis in flam
matur. aut tumoris in mietate calescit. aut
siccitatis macie constringitur. aut pinguedine
coartatur. ex quibus casibus intra uteri secre
ta concepto homini morbi nascuntur. ex quibus
solent debiles nasci. curvi et claudi. Plerum
que etiam in ortu suo positi a tenore recto ver
santur. et non solum mulierum oculis feminarum oc
culta manifestantur. sed etiam virorum ignotorum
parte medicine nudantur. ita ut soleant per
tibus proferri membra concepti. qui matrem
suam antequam nascatur interficit. cum ipse prius
incipiat occidi quam nasci. Solet etiam aut
strabus aut mutus aut plenus fieri vul
neribus. aut etiam cum demonio procreari.
ut prius querere exorcistam necesse sit quam
nutricem. Respondens autem nereus dixit
O quam beata est sancta virginitas. que ab
his omnibus est necessitatibus aliena. et
est deo amabilis. et omnibus angelis cara.
quam qui habet similis est deo. qui autem
non habet similitudinem dei ideo non habet.
quomodo integritatem perdidit. et corrupcionem
invenit. Cuius quidem reatum per penitenciam mulier
evadere potest. ipsam vero integritatem
penitus recuperare iam non potest. Heu

quante amencie est velle subdere se libidi
ni aliene. heu quam nimie inconsideracio
nis est. ut qui poterat cum gaudio et lau
dibus hominum. et angelorum integritatis expec
tare premium et coronam perpetuam. cum planc
tu penitencie pro ipsa pollucione querere. ut ad
indulgenciam mereatur pervenire. Omnis
nanque sanctitas cum per aliquam voluntatem
aut necessitatem amissa fuit ad sta
tum suum per penitenciam. et ad suam gloriam revoca
ri potest. sola virginitas ad statum suum re
vocari non potest. Reatus autem eius per lacrimas
penitencie expelli potest. ipsa vero integritas
ut diximus revocari penitus non potest. Omnia ergo per
dita recuperari possunt. sola virginitas si se
mel perierit recuperari non potest. ita ut ad sta
tum pristine sanctitatis attingit. Neque enim per
penitenciam suam mulier cum ad indulgenciam
facti sui pervenit. poterit etiam ad hoc pertingere
ut virgo fiat quod creata est. cum semel a
miserit integritatem cum qua nata est. Satis
amica deo patri et filio et spiritui sancto familia
ris probatur esse virginitas. Nam sicut regine
persona omnium nobilium et illustrium matrona
rum antefertur. ita virginitas omnium vir
tutum dignitates antecedit. ita ut secundum
locum post martires teneat. et sit inter
virtutes ceteras prima. Serviunt enim
illi universe virtutes. et quasi anguste cu
bicularie sue ita obediunt imperiis eius
Blanditur ei fides. amplectitur eam spes. os
culatur eam caritas. et omnes que astant in con
spectu regis celorum. idem paciencia. perseveran
cia. constancia. hospitalitas. misericordia. sollicitu
do. sciencia. veritas. probitas. tolerancia. omnes
que iste que sunt memorate. et cetere que minus
sunt memorate virtutes famulantur ei. et in
ter frondes paradisi et vite eterne immarcesci
biles flores. inter nemora angelorum et pra
ta ambrosia. et sanctis odoribus exalancia.